

421 [= 698] 'apud eundem' [praecedunt tituli servati 'Neapoli apud illustrissimum ducem Calabriae in castro Capuano'; intellegitur dux Calabriae factus a. 1494 rex Alphonsus II, item castrum Capuanum quod fuit Neapoli in extremo vico S. Petri ad Majellam, v. Avellino opusc. 2, 286] 'est haec pars kalendarii quae reperta fuit in agro Venusino' IVC. (VERON.). 'Apud ducem Calabriae est' (reliqua totidem verbis ut Iuc.) SABINVS similiterque qui inde pendent ('in agro Venusino' tantummodo AMBROS.). Eodem spectat POMPONII LAETI ad Politianum epistula data XVI kal. Apr. 1488 (Pomponii Laeti opp. Argentorati 1510 f. 64; Politianus epist. 1, 15): 'Serius', inquit, 'quam opinabar ab amicissimo fieri, distuli ad te mittere quod summopere legere optabas. Causa fuit nescio quis qui se intra paucos dies daturum Quinctilem et Sextilem mihi pollicitus est remque is longius opinione mea traxit. Ipse tandem ut creditori qui vel praecipuus es satisfacerem, quae apud me erant diligentissime exscripsi. A Venusia Apulorum adlata sunt marmorea in tabula; obscuro loco ibi latebant. Fragmenta aliarum tabularum ubi annus integer erat, coniungi nequiverunt, quod multa decrant illine translata Arianum; summa cura quae superest tabula servatur. Mitto et quaedam monimenta rerum eodem in loco reperta et placitura tibi (ut existimo) amatori vetustatis. Romae fere idem, sed multo ante, verum fine caret'. [Intellegit fastorum Capitolinorum frustum iam nota Mazoch. f. 121. 122. 145. 146 quae multo ante incipiunt neque hos annos exhibent]. 'Si habere cupis rescribe. Quanquam quid hoc dixerim, cum facile intelligam te plurimum id quaerere? Sed videtur optabilius si poposceris. Scias omnia quae apud me sunt tua esse.' Rescripsit Politianus Florent. III kal. (?) Mart. 1488 ep. 16: 'Quas a te nuper accepi literas, ita gratas habui, mi Pomponi, ut me ab iis putem immortalitate donatum. Sed et semenstre calendarium mire fuit gratum et quam ais *tabulam bello Marsico factam* [422 v. 1], quae si eadem est quam Romae obiter legerim' [sunt fasti Capitolini tum noti], vereor ut satis ex fide sit exscripta. Si quidem *AIMILIVS* [intellegit fast. Capit. a. 437. 438. 443] non *AEMILIVS* [v. 4] erat in saxo; quam eandem diphthongum etiam super ipsa Panthei testudine notaveram.' His testimoniis usus in actis minoribus Lipsiensibus a. 1850 p. 224 seq. fastos hos a Capua, cui vulgo tribuebantur, avocavi Venusiam. Vetustum errorem defendit A. G. Zumptius (de fastorum municipalium Campanorum fragmento, programma gymnasii Berolinensis Friderico-Guilelmini a. 1854. 4). Refutavimus eum ego in museo Rhenano nov. ser. vol. 10 p. 481 seq. et Rossius in ephemeride Arcadum Romana a. 1853 (*i fasti municipalium Venosa restituiti alla sincera lezione*). Contra dixit denuo Zumptius (epistola critica de fastorum municipalium Campanorum fragmento. Berolini 1854. 4.).

A K	MAI·F·LVD·LAR	H K	IVN·N·IVNONI MONET
B VI	F LVD	A IV	F
C V	C LVD·IN·CIRCO FLORAE	B III	C BELLON·IN·CIR·FLAM
D IIII	C	C PR	C HERC·MAGN·CVSTO = I. p. 301
5 E III	C	5 D NON N	DIO·FIDIO·IN COLLE
F PR	C	E VIII	N
G NON	F VERGILI EXORI	F VII	N
H VIII	F	G VI	N MENTI·IN·CAPITOL
A VII	LEM·N	H V	VEST N VESTAE
10 B VI	C	10 A IV	N
C V	LEM·N	B III	N MAR·N·MATR·M̄E
D IIII	C	C PR	N
E III	LEM·N	D EID	N FERIAE·IOVI
F PR	C·MARTI·INVICT	E XIII	N
15 G EID	N·FER·IOVI	15 F XVII	Q·S·D·F
H XVII	F·MERCVR·MAIAE	G XVI	C
A XVI	C	H XV	C
B XV	C SOL·IN·GEMIN	A XIV	C
C XIV	C	B XIII	C SOL·IN·CANCRO
20 D XIII	C	20 C XII	C SVMMAN·AD·CIR·MAX
E XII	AG·N·VEDIOVI	D XI	C
F XI	N	E X	C
G X	TVB·N FER·VOLCA	F VIII	C
H IX	Q·R·C·F	G VIII	C FORTIS·FORTVNAE
25 A VIII	C·FORTVN·PRIM·IN·COL	25 H VII	C
B VII	C	A VI	C SOLSTITIVM·CONFEC
C VI	C	B V	C
D V	C	C IV	C
E IIII	C	D III	F QVIRINO·IN·COLL
30 F III	C	30 E PR	C XXX
G PR	C XXXI		

Unicum exemplum fastorum Venusinorum ad nos pervenit, quod exceptum esse a Iucundo probabile est; apud ipsum enim refertur inter titulos alios eodem loco eodemque omnino tempore descriptos, quos praeter Iucundum nemo proponit; potestque Laetus quoque a. 1488 fastos accepisse a Iucundo eo ipso tempore Romae in sylloge condenda occupato. Sed quod legitur in ea sylloge fastorum exemplar, id minus emendatum est aliis tribus licet ex ipsius copiis petitis et ipsis, Ambrosianum dico et Peutingeri et Sabini; quorum Sabinum Peutingeri quoque Iucundiana compilasse constat neque quicquam impedit, quominus Ambrosianum qui scripsit item ea adhibuerit. Usurpaverunt nimirum pugillaria eius corpori non uno nomine praeferenda. Sunt igitur quattuor auctores, quibus in fastis his edendis utimur hi: Ambrosianus codex A 55 inf. in fasciculo olim solitario foliorum septem hodie inserto inter f. 12. 13 (leguntur in eo fasciculo praeter fastos hos et Vallenses vol. I p. 320 decreta falsa Viterbiensis Desiderii regis et Hispanus titulus falsus vol. II n. 245; ed. inde Mur. 150, 1 ex schedis Ambros.), ubi fasti annales leguntur f. 103, sequuntur interpositis paucis titulis urbanis fasti consulares f. 104; Petrus Sabinus, qui fastos annales refert f. 47, consulares f. 52 codicis Marciani; Iucundus in sylloge (cuius adhibui huius editionis causa exemplaria duo Veronense f. 119-121 et Berolinense f. 116-118), ubi pariter atque in Ambrosiano fasti consulares subiunguntur annalibus tanquam pars et sequela eorum. Edidit fastos annales primus is vir doctus a quo venit compages hemerologiorum quae creditur edita Romae apud Iac. Mazochium a. 1509 descripta accuratius vol. I p. 293, postea autem a me quoque visa\*) (unde quaedam repetit Georgius Fabricius antiq. ed. 1587 p. 174). Iterum edidit Aldus Manutius in opp. Ovidii ante vol. 3 (Venetiis 1516), de qua editione item egi vol. I l. c. Pendet autem editor uterque a codice aliquo Iucundi. Marinus cod. Vat. 9135 f. 235 (unde quaedam edidit ipse in censura libri Fogginiani p. 47. 49) descriptis ex codice cardinalis Canali (postea Zeladae, nunc Toletano 103, 4), scilicet Iucundi. Lupulus p. 273 dedit ad Murtorium subinde interpolans. Ipse exhibuit vol. I p. 301 (cf. p. 565).

Variam lectionem adieci quattuor librorum scriptorum optimorum Ambrosiani, Peutingeri, Sabini (a cuius interpolationibus tractis aliis ex fastis Esquilinis vol. 1 p. 310, aliis ex Ovidio, cuius etiam versus quosdam in margine affert, facile cavebimus), Iucundi (Veron. et Berolin.). Minores et maiores litterae in iis non distinguuntur; nec magis qui descriptis videtur attendisse ad litteras N et N̄ diversas; posuit enim ubi vis N, cum diebus Mai. 15. 21. 23 in reliquis hemerologiis nota sit N̄.

Mai. 1 sic ut dedi Peut., LVD·LAR Ambr., LVD·LAR·F Sab. Iuc.	21 N om. Ambr.	43 FERIAE Ambr. Peut., FER Sab. Iuc.
3 IN CIRCO FLORAE adiecto signo quo FLORAE vocabulum revocatur ad v. praecedentem Peut. Ambr., IN·CIRCO·FLORAE Sab., om. Iuc.	23 sic Peut. Ambr., FER·VOLCA·N Sab. Iuc.	45 Q·S·I·D·F Ambr., Q·S·D·F Peut., F·Q·S·I·D Iuc., F·Q·S·D·F, super D scribens $\frac{7}{7}$ I·D, Sab.
7 sic Peut. (sed FXORI) Ambr., VERGIL·EXOR·F Sab. Iuc.	25 PRIM Peut. Iuc., PRIN Ambr., PVBLIC·PRIM Sab. ex fastis Esquilinis hos interpolans.	48 XIII Iuc. (Berol.)
15 FER·IOVI·MER·MAIAE (non omittens haec ad v. seq.) Sab. ab Ovidio edoctus.	Iun. 1 sic Peut. Ambr., N·IVNONI·MONETAE Sab. Iuc.	49 add. MINERVAE·IN·AVENTINO ex fastis Esquilinis Sab.
16 MERCVR Peut. Ambr., MER Sab. (cf. ad v. 45) Iuc. — Notam MERCVR·MAIAE alia hemerologia ostendunt pertinere ad diem Mai. 15.	2 IIII Iuc.	20 CIRCVM Sab.
18 GEMINIS Sab.	3 CIRCO Sab.	23 IX Sab. Iuc.
19 XIII Iuc.	4 C post PR om. Ambr. — MAG Iuc. (Berol.)	24 FORTVNIS·FORTVNAE·AD·XIII·TI·AD·III·PI·AD·MIL·III, addens 'non est in alio', Sab., respiciens ad fastos Esquilinos.
	5 DIO FIDIO IN COLLE uno versu Sab. Iuc.	26 SOLSTICIVM Iuc. — CONFECTVM Sab.
	9 H·V·N·VEST (om. reliquis) Sab. Iuc.	28 IIII Iuc. (Berol.)
	11 sic Ambr. (M̄) et Peut. (M̄E), B·III·N·MAR·M̄E Sab. Iuc.	29 E pro F Peut., C pro F Iuc. (Berol.). COLL Ambr. Peut., COL Iuc., COLLE Sab.

\*) Vere prodit sine anno et loco et omnino sine indice quaternionibus tribus foliis numeratis XII. Exemplum nuper comparavit bibliotheca nostra regia. Fasti Venusini leguntur ibi f. 4.

## XXII. ACERVNTIA. BANTIA (p. 43).

ad p. 43. Poculum vitreum editum a Garruccio (*vetri* tab. 35, I p. 69), in quo cernuntur vir et uxor et inter utrumque statua Herculis barbati clavam d., sin. poma tria tenentis stantis in basi, cum adscriptione ORFITVS ET CONSTANTIA IN NOMINE HERCVLIS ACERENTINO FELICES BIBATIS, Cavedonius (*Bull. dell' Inst.* 1859 p. 62) ad Aceruntiam Acerentiamve rettulit, recte omnino. Sed non crediderim *Acerentino* ibi scriptum esse pro *Acerentini*; immo est solito more *Acerentinum*, scilicet vinum.

ad n. 416. Ex actis publicis Neapolitanis (Reg. XIV p. 833. 838) intellegitur tabulam emendam oblatam esse museo d. 14 Febr. 1794 a Dominico Lancellotti Oppidensi, emptam esse d. 26 Mart. eiusdem anni. — Ceterum Banzi vicus non quarto lapide ab Oppido distat, sed octavo.

ad n. 420. Ad ectypum missum a Lacava ut describeret, temptavit Barnabeus successu non feliciore sic: POSVS-ID·V·IDEA | BITO-MEOPEI | PEREINI TIR | NOIOSI | VO VISPIT | XXII P TII | AN X II.

6193 Acerenzae rep. *Strada Piazzā* in fundamentis domus Vincentii Potosa. Prope inventa sunt galea aerea, inares duae, anulus, acicula aurea. In iisdem effossionibus balnearum indicia apparuerunt.

M · SATRIVS · . . . . .  
CN · POMPEIVS · . . . . .  
II VIRI · I T e r u m  
PISCINAM · RE f i c i u n d a m  
5 DEC · SENT · CO e r a v e r u n t

Xaverius Panni canonicus misit Bruzzae, qui mihi dedit.

ad p. 43. Mansionem Opino vel ad Pinum distantem a Venusia m. p. XV non recte collocari ibi, ubi nunc est Oppido, monuit Kiepert. Distare enim hoc a Venusia recta regione m. p. XX, cum anfractibus necessariis minimum m. p. XXV; item mansionem illam pingi in sinistra ripa Bradani, cum Oppido a dextra eius sit. Itaque mansionem eam collocandam esse propius a Venusia, ibi fere ubi est Palazzo S. Gervasio.

6194 ab Acerenza quarto lapide in fundo *Bocicchio, contrada Cerasa*.

VR · . . . . · MAXENTI  
QVI VIXIT P · M · ANNIS  
XXXIII · FRATRI · FRATRES  
B · M · F

Xaverius Panni dedit per Bruzzam.

## XXIII. VENVSIA (p. 44).

ad p. 45 n. II. Saraceni libelli alterum exemplum Stevenson reperit Romae in bibliotheca Angelica. Auctor est primicerius Venusinus P. Achilles; scripsit commentarium d. 28 Dec. 1584 inscriptum *Discrittione della città di Venosa, sito et qualità di essa*.

ad n. 421. Textum codicis Marciani X, 195 non tam Sabini esse quam Pomponii Laeti nuper intellectum est (v. ind. auct. s. v. Sabinus). Addo ad Mai. 15 in margine adscriptum esse: 'vacat in alio illud MER MAIAE: propterea viden(dum)'.

ad n. 470. Est in codice Londiniensi Harleiano n. 2574 (v. ind. auct.) f. 79 saec. XV. — 5 FIRAE — 8 INTIMO codex.

ad n. 477 Mater est *Annia Cinnae* (uxor).

Postquam haec typis mandavi, prodierunt ex tabulario musei Neapolitani commentaria duo de coemeterio Iudaico detecto Venusiae *lungo la Via dei Mulini* anno 1853, quorum alterum scripsit STANISLAVS D'ALOE d. 31 Oct. 1853, alterum iudex PASCHALIS DE ANGELIS et sacerdos RAPHAEL SMITH d. 10 Nov. 1853, testes oculares omnes et laborioso difficultique negotio diligentissime functi. His subsidiis quominus recte uterem cum obstare intellexerem meam et rerum et linguae Hebraicae ignorantiam, bona fortuna evenit, ut peritissimus Graziadio Ascoli Mediolanensis iisdem commentariis usus totam rem data opera tractaret (*iscrizioni inedite o mal note greche, latine, ebraiche, di antichi sepolcri giudaici del Napolitano*. Taurinis et Romae 1880. 8. pp. 120 tabb. 8; pars est voluminis *Atti del IV Congresso internazionale degli Orientalisti tenutosi in Firenze nel 1878*). Quem librum etsi ipsum adeat necesse est, qui haec epitaphia recte et plene cognoscere volet, nihilominus, cum Ascolius ex XLVII titulis in crypta Venusina repertis eos potissimum ediderit, qui Hebraice toti vel ex parte scripti sunt, meum esse visum

ad p. 45 n. IX a. Antonii LAVISTA advocati *Notizie storiche della città di Venosa*, unde inscriptiones enotatas habui, non profuerunt. Scripsit post Cimagliam.

ad n. 486. Est in codice Harleiano n. 2574 f. 79'. — 1 BABVLIAE — 3 CONIVGI·CAR — 4. 5. 6 CASTOR·C·SALV·CAPITONIVSVM·ET·FILI·P

ad n. 495. Fabrettius 613, 109 (inde Orelli 2811 et scriptores Sentinates) refert auctore non indicato, collocans Sentini ad S. Francisci, legens 4. 5. 6 NV|TRITIO·ET·VER|NACLO ex emendatione opinor partim vera partim falsa.

ad n. 604. Est in codice Harleiano n. 2574 f. 79' 'in fonte'. — Versus non separantur in hoc exemplo. — 1 ·S·TEI·LEGIS — 2 in. IVS — 4 A·ESSE — TRADI codex, reliqua ut edidi.

est omnes proponere ne Graecis quidem reiectis; neque enim de hoc sepulcreto in suo genere longe primario et perutili ad cognoscendum statum Iudaeorum Italiae inferioris saeculo sexto (eius enim aetatis esse et litteratura ostendit et argumenta titulorum) recte iudicare poterit nisi qui totum cognorit. Quam ob rem ita rem institui, ut egregii commentarii quem Ascolius edidit tamquam supplementum darem, in Hebraicis quantum fieri potuit ad eum remittens, reliqua hic proponens secundum ordinem locorum unde prodierunt. Nam, ut bene monuit Ascoli p. 47 [279], ordo cubiculorum idem est temporis: scilicet ut Graecae linguae usus evanescit, ita crescit sensim usus linguae tam Latinae quam Hebraicae, ut in ultimo cubiculo ad sinistram in decem epitaphiis (nobis n. 6215—6224) Graeca nulla sint, non minus septem tota vel ex parte Hebraeorum lingua perscripta, id quod longe aliter se habet in cubiculis et loco et tempore prioribus.

Ex locorum descriptione, quam praemisit Angelis et Smith, potiora subieci; formam coemeterii quam dederunt cum Ascoli publici iuris